

242A

IN FESTO

PURISSIMI CORDIS B. M. V.

DUPLEX MAJUS.

Ex Decret. Ss. P. N. Pü IX, 26 Jun. 1862.

AD VESPERAS.

*Antiphona et Cap. de Laudibus.
Psalmi ut in Officio parvo.*

HYMNUS.

Ave maris stella,
Dei mater alma,
Atque semper virgo,
Felix cœli porta.

Sumens illud Ave
Gabrielis ore,
Funda nos in pace,
Mutans Hevae nomen.
Solve vincla reis,
Profer lumen cæcis,
Mala nostra pelle,
Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem,
Sumat per te preces,
Qui pro nobis natus
Tulit esse tuus.

Virgo singularis,
Inter omnes mitis,
Nos culpis solutos
Mites fac & castos.

Vitam præsta puram,
Iter para tutum,
Ut videntes Jesum

Semper collætemur.

Sit laus Deo Patri,
Summo Christo decus,
Spiritui Sancto,

Tribus honor unus. Amen.

¶. Exsulta in omni corde, filia
Jerusalem.

¶. Rex Israel Dóminus in mé-
dio tui.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Exultavit cor meum in
Dómino, et exaltatum est cornu
meum in Deo meo, quia lætata sum
in salutari tuo.

ORATIO.

Omnipotens sempiterne Deus, qui
in Corde Beatæ Mariæ Virginis dig-
num Spiritus Sancti habitaculum
præparasti, concéde propitius ut
ejusdem Purissimi Cordis festivitatem
devota mente recolentes, se-
cundum Cor tuum vivere valeámus.
Per Dóminum... in unitate ejusdem..

AD MATUTINUM.

Invitatorium.

Ave, Maria, gratia plena : * Dominus tecum.

Psalm. Venite, exultemus Domino.

HYMNUS.

Quem terra, pontus, sidera
Colunt, adorant, praedicant,
Trinam regentem machinam
Clastrum Mariæ bajulat.

Qui luna, sol, & omnia
Deserviunt per tempora,
Perfusa cœli gratia,
Gestant puellæ viscera.

Beata Mater munere,
Cujus, supernus Artifex,
Mundum pugillo continens,
Ventrissub arca clausus est.

Beata cœli nuntio,
Fœcunda sancto Spiritu,
Desideratus géntibus
Cujus per alvum fusus est.

Jesu, tibi sit gloria,
Qui natus es de Virgine,
Cum Patre, & almo Spiritu
In sempiterna sœcula. Amen.

IN I NOCTURNO.

Ant. Benedicta tu...

PSALMUS 8.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Quoniam elevata est magnificencia tua, * super cœlos.

Ex ore infantium & lactentium

(2)

perfecisti laudem propter inimicos tuos : * ut destruas inimicum & ultorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum : * lunam & stellas, quæ tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es ejus? * aut filius hominis, quoniam visitas eum?

Minuisti eum paulò minus ab Angelis, gloria & honore coronasti eum : * & constituisti eum super opera manuum tuarum.

Omnia subjecisti sub pedibus ejus, * oves & boves universas : insuper & pecora campi.

Volucres cœli, & pisces maris, * qui perambulant semitas maris.

Domine Dominus noster, * quam admirabile est nomen tuum in universa terra!

Gloria Patri...

Ant. Benedicta tu inter mulieres, et benedictus fructus ventris tui.

Ant. Et ait Maria.

PSALMUS 18.

Cœli enarrant gloriam Dei, * & opera manuum ejus annuntiat firmamentum.

Dies diei eructat verbum * & nox nocti indicat scientiam.

Non sunt loquelæ, neque sermones, * quorum non audiantur voces eorum.

In omnem terram exivit sonus eorum : * & in fines orbis terræ verba eorum.

In sole posuit tabernaculum suum, * & ipse tamquam sponsus proce-

dens de thalamo suo:

Exultavit ut gigas ad currēdām
viam, * à summo cōlō egressio ejus.

Et occurſus ejus usque ad ſum-
mum ejus: * nec eſt qui ſe abſcon-
dat à calore ejus.

Lex Domini immaculata conver-
tens animas: * testimonium Domi-
ni fideli, ſapientiam p̄ræſtant par-
vulis.

Justitiae Dōmini rectæ, lētifican-
tes corda: * p̄ræceptum Domini lu-
cidum, illuminans oculos.

Timor Domini sanctus, permanens
in ſeculum ſeculi: * judicia Domi-
ni vera, justificata in ſemetipsa.

Desiderabilia ſuper aurum & la-
pidem pretiosum multum: * & dul-
ciora ſuper mel & favum.

Etenim ſervus tuus custodit ea,
* in custodiendis illisretributio multa.

Delicta quis intelligit? ab occul-
tis meis munda me: * & ab alienis
parce ſervo tuo.

Si mēi non fuerint dominati, tunc
immaculatus ero: * & emundabor à
delicto maximo.

Et erunt ut complacent eloquia
oris mei: * & meditatio cordis mei
in conſpectu tuo ſemper.

Domine adjutor meus, * & re-
demptor meus.

Gloria Patri...

Ant. Et ait Maria: Magnificat
ánima mea Dōminum, et exultávit
ſpiritus meus in Deo ſalutari meo.

Ant. Quia respéxit...

PSALMUS 23.

Dōmini eſt terra, & plenitudo ejus:
* orbis terrarum, & universi, qui ha-

bitant in eo.

Quia ipſe ſuper maria fundavit
eum: * & ſuper flumina p̄ræpara-
vit eum.

Quis ascendet in montem Dōmini?
* aut quis stabit in loco sancto ejus?

Innocens manibus & mundo corde,
* qui non accepit in vano animam
ſuam, nec juravit in dolo proxi-
mo ſuo.

Hic accipiet benedictionem á Do-
mino: * & misericordiam á Deo ſa-
lutarī ſuo.

Hæc eſt generatio quærentium
eum, * quærentium faciem Dei Jacob.

Attollite portas principes vefras,
& elevamini portæ æternales: * & in-
troibit rex gloriæ.

Quis eſt iſte rex gloriæ? * Domi-
nus fortis & potens, Dominus po-
tens in prælio.

Attollite portas principes vefras,
& elevamini portæ æternales: * & in-
troibit rex gloriæ.

Quis eſt iſte rex gloriæ? * Domi-
nus virtutum ipſe eſt rex gloriæ.

Gloria Patri et Filio ...

Ant. Quia respéxit humilitatem
ancillæ ſuæ: ecce enim ex hoc beā-
tam me dicent omnes generationes.

¶. Anima mea liquefacta eſt.

¶. Ut locutus eſt dilectus.

LECTIO I.

De Canticis Canticorum.

Cap. 4.

Quam pulchra eſt, amica mea, quam
pulchra eſt! Oculi tui columbarum,
absque eo quod intrinſecus latet. Si-
cut vitta coccinea, lábia tua; et eló-

quium tuum dulce. Sicut fragmen
mali punici, ita genæ tuae, absque
eo quod intrinsecus latet. Sicut tur-
ris David collum tuum, quæ aedifi-
cata est cum propugnaculis: mille
clypei pendent ex ea, omnis armatu-
ra fortium. Vulnerasti cor meum,
Soror mea Sponsa, vulnerasti cor
meum in uno oculorum tuorum, in
uno crine colli tui. Favus distillans
labia tua, Sponsa, mel et lac sub lin-
gua tua. Hortus conclusus, fons sig-
natus — Tu autem.

¶. Deduc me, Dómine, in via
tua, et ingrédiar in veritatem tua: læ-
tetur cor meum * Ut timeat nomen
tuum. ¶. Pone me ut signaculum su-
per cor tuum, ut signaculum super
brachium tuum. Ut timeat ..

LECTIO II.

Cap. 5.

Veni in hortum meum, Soror mea,
Sponsa: méssui myrrham meam cum
aromatis meis: comédi favum cum
melle meo. Vox dilécti mei pulsán-
tis: Aperi mihi, soror mea, amica
mea, columba mea, immaculata mea,
quia caput meum plenum est rore,
et cincinni mei guttis noctium. Sur-
réxi ut aperirem dilecto meo: manus
meæ stillaverum myrrham, et dígitii
mei pleni myrrha probatissima. Ape-
rui dilecto meo, at ille declinaverat
atque transierat. Anima mea lique-
facta est, ut locutus est.

Tu autem...

¶. In Dómino gaudebo, et exul-
tabo in Deo Jesu meo: Deus Domi-
nus fortitudo mea * Super excélsa de-
ducet me. ¶. Læva ejus sub capite
meo, et dextera illius amplexábi-
tur me. Super...

Qualis est dilectus tuus ex dilecto
ó pulcherrima mulierum? qualis est
dilectus tuus ex dilecto, quia sic ad-
jurasti nos? Dilictus meus cándidus
et rubicundus, electus ex millibus,
totus desiderabilis. Talis est dilec-
tus meus, et ipse est amicus meus,
filiæ Jerusalém. Quo abiit dilectus
tuus, ó pulcherrima mulierum? Quo
declinavit dilectus tuus, et quære-
mus eum tecum? Pulchra es, amica
mea, suavis et decora sicut Jeru-
salém, terribilis ut castrorum ácies
ordinata. Una est columba mea, per-
fecta mea, una est matris suæ, elec-
ta genitrici suæ. Viderunt eam filiæ,
et beatissimam prædicaverunt, regi-
na laudaverunt eam. Tu autem...

¶. Inveni gratiam apud óculos
tuos, Dómine mi, * Qui consolátus
es me, et locutus es ad cor ancillæ
tuæ. ¶. In toto corde meo exquisivi
te, ne repellas me á mandatis tuis.
Qui consolatus.... Gloria Patri....
Qui consolatus...

IN II NOCTURNO.

Ant. Beata...

PSALMUS 44.

Eruerat cor meum verbum bo-
num: * dico ego opera mea regi.

Lingua mea calamus scribæ, *
velociter scribentis.

Speciosus forma præ filiis homi-
num, diffusa est gratia in labiis
tuis: * propterea benedixit te Deus
in æternum.

Accingere gladio tuo super femur

tuum, * potentissime,

Specie tua & pulchritudine tua * intende, prosperè procede, & regna,

Propter veritatem, & mansuetudinem, & justitiam: * et deducet te mirabiliter dextera tua.

Sagittæ tuæ acutæ, populi sub te cadent, * in corda inimicorum regis.

Sedes tua Deus in séculum séculi: * virga directionis virga regni tui.

Dilexisti justitiam, & odisti iniqitatem: * propterea unxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiae præ consortibus tuis.

Myrrha, & gutta, & casia à vestimentis tuis, à domibus eburneis: * ex quibus delectaverunt te filiæ regum in honore tuo.

Astitit regina à dextris tuis in vestitu deaurato: * circumdata varietate.

Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: * & obliviscere populum tuum, & domum patris tui.

Et concupisces Rex decorem tuum: * quoniam ipse est Dominus Deus tuus, & adorabunt eum.

Et filiæ Tyri in muneribus, * vultum tuum deprecabuntur: omnes divites plebis.

Omnis gloria ejus filiæ Regis ab intus, * in fimbriis aureis circumiecta varietatibus.

Adducentur Regi virgines post eam: * proximæ ejus afferentur tibi.

Afferentur in lætitia & exultatione: * adducentur in templum regis.

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii: * constitues eos principes super omnem terram.

Memores erunt nominis tui * in omni generatione & generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi

in æternum: * & in sæculum sæculi.

Gloria Patri, & Filio...

Ant. Beata, quæ credidisti, quoniam perficiuntur ea, quæ dicta sunt tibi à Dòmino.

Ant. Fecit mihi...

PSALMUS 45.

Deus noster refugium, et virtus: * adjutor in tribulationibus, quæ invenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dum turbabitur terra: * et transferentur montes in cor maris.

Sonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum: * conturbati sunt montes in fortitudine ejus.

Fluminis impetus lætificat civitatem Dei: * sanctificavit tabernaculum suum Altissimus.

Deus, in medio ejus, non commovebitur: * adjuvabit eam Deus mane diluculo.

Conturbatæ sunt Gentes, et inclinata sunt regna: * dedit vocem suam, mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob

Venite, et videte opera Domini, quæ posuit prodigia super terram: auferens bella usque ad finem terræ.

Arcum conteret, et confringet arma: * et scuta comburet igni.

Vacate, et videte quoniam ego sum Deus: * exaltabor in gentibus, et exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum: * susceptor noster Deus Jacob.

Gloria Patri, et Filio...

Ant. Fecit mihi magna qui potens est, et sanctum nomen ejus.

Aña Fecit potentiam...

(6)

vit? Quibus verbis ego homunculus sensus altissimos Virginei Cordis, sanctissimo ore prolatos éfferam: quibus non sufficit lingua omnium hominum, et etiam angelorum? Dominus enim ait: Bonus homo de bono thesáuro cordis sui profert bona. Quis autem inter puros homines melior homo potest excogitari, quam illa, quæ meruit effici Mater Dei, quæ in Corde et in utero suo ipsum Deum hospitata est? Quis thesaurus melior, quam ipse divinus amor, quo Cor Virginis ardens erat?

PSALMUS 86.

Fundamenta ejus in montibus sanctis: * diligit Dominus portas Sion super omnia tabernacula Jacob.

Gloriosa dicta sunt de te, * civitas Dei.

Memor ero Rahab, * et Babylo-
nis scientium me.

Ecce alienigenæ, et Tyrus, et
populus Æthiopum,* hi fuerunt illic.

Numquid Sion dicet: Homo, et
homo natus est in ea: * et ipse fun-
davit eam Altissimus?

Dominus narrabit in scripturis
populorum, et principum: * horum,
qui fuerunt in ea.

Sicut lœtantium omnium * habita-
tio est in te.

Gloria Patri, et Filio...

Aña. Fecit potentiam in brâchio
suo, dispersit superbos mente cor-
dis sui.

¶. Fortis est ut mors dilectio.

¶. Dura sicut infernus æmulatio.

LECTIO IV.

Sermo Sancti Bernardini Senensis.

Ex serm. 9 de Visit.

Quis mortaliū, nisi divino fre-
tus oráculo, de vera Dei et homi-
nis Genitrice quidquam modicum,
sive grande præsumat pollutis la-
biis nominare: quam Pater ante se-
cula Deus perpetuam prædestinavit
in Virginem dignissimam: Filius
elegit in Matrem: Spiritus Sanctus
omnis gratiæ domicilium præpara-

Tu autem...

¶. Ego diligentes me diligo, et
qui manè vigilant ad me, invenient
me. Mecum sunt divitiæ et gloria:
¶. Opes superbæ et justitia. ¶. Ut
ditem diligentes me et thesáuros eo-
rum repleam. Opes...

LECTIO V.

De hoc igitur Corde quasi fornâce
divini ardoris Virgo Beata prótolit
verba bona, id est verba ardentis-
simæ charitatis. Sicut enim à vase
optimo vino pleno, non potest exi-
re nisi optimum vinum: aut sicut à
fornace summi ardoris non egredi-
tur nisi incendium servens: sic de
Corde Matris Christi exire non po-
tuit verbum, nisi summi, summe-
que divini amoris atque ardoris.
Septem verba tantum miræ senten-
tiae et virtutis à Christi benedictis-
simâ Matre leguntur dicta. Cum An-
gelo bis tantum locuta est. Cum Eli-
sabeth bis etiam. Cum Filio etiam
bis. Cum ministris in nuptiis semel.
Haec septem verba, secundum sep-
tem amoris actus, sub miro gradu

et ordine prolata , quasi sunt septem flammæ Cordis ejus.

Tu autem...

R. Ego Mater pulchrae dilectionis , et timoris , et agnitionis et sanctæ spei. In me gratia omnis viæ et veritatis: * In me omnis spes vitæ et virtutis. **v.** Transite ad me , omnes qui concupiscitis me , et a generationibus meis implemini. In me omnis spes...

LECTIO VI.

Quae verba considerans mens devota , cum ipso Propheta ait: Quam dulcia fæcibus meis , id est omnibus affectionibus eloquia tua! Porro dulcedo hæc , quam in verbis Beatæ Virginis devota mens sentit , est ardor piæ devotionis , quam in eis anima experimentaliter probat. Distinguamus igitur per ordinem has septem flamas amoris , verborum Virginis benedictæ. Prima est flamma amoris separantis. Secunda amoris transformantis. Tertia amoris communicantis. Quarta amoris jubilantis. Quinta amoris soporantis. Sexta amoris compatientis. Septima amoris consummantis.

Tu autem...

R. Beatus homo , qui audit me , et qui vigilat ad fores meas quotidie , et observat ad postes ostii mei. **v.** Qui me invenerit invenerit vitam , et hauriet salutem à Domino. **v.** Qui autem in me peccaverit laedit animam suam : omnes qui me oderunt , diligunt mortem. Qui me invenerit... Gloria Patri... Qui me invenerit...

IN III NOCTURNO.

Ant. Unde hoc mihi.

PSALMUS 95.

Cantate Domino canticum novum: * cantate Domino omnis terra.

Cantate Domino , et benedicite nomini ejus: * annuntiate de die in diem salutare ejus.

Annuntiate inter Gentes gloriam ejus , * in omnibus populis mirabilia ejus.

Quoniam magnus Dominus , et laudabilis nimis , * terribilis est super omnes deos.

Quoniam omnes dii gentium dæmonia: * Dominus autem cœlos fecit.

Confessio , et pulchritudo in conspectu ejus. * sanctimonia , et magnificencia in sanctificatione ejus.

Afferte Domino patriæ gentium , afferte Domino gloriam et honorem: * afferte Domino gloriam nomini ejus.

Tollite hostias , et introite in atria ejus : * adorate Dominum in atrio sancto ejus.

Commoveatur à facie ejus universa terra: * dicite in Gentibus quia Dominus regnavit.

Etenim correxit orbem terræ qui non commovebitur: * judicabit populos in æquitate.

Lætentur cœli , et exultet terra , commoveatur mare , et plenitudo ejus: * gaudebunt campi , et omnia quæ in eis sunt.

Tunc exultabunt omnia ligna silvarum à facie Domini , quia venit: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terræ in æquitate , * et populos in veritate sua.

Gloria Patri, et Filio...
 Ant. Unde hoc mihi, ut venias
 Mater Domini mei ad me?

Ant. Misericordia ejus...

PSALMUS 96.

Dominus regnavit, exultet terra:
 * lætentur insulæ multæ.
 Nubes et caligo in circuitu ejus:
 * justitia, et judicium correctio se-
 dis ejus.

Ignis ante ipsum præcedet, * et
 inflammabit in circuitu inimicos ejus.

Illuxerunt fulgura ejus orbi ter-
 ræ: * vidit, et commota est terra.

Montes, sicut cera fluxerunt à
 facie Domini: * à facie Domini om-
 nis terra.

Annuntiaverunt cœli justitiam
 ejus: * et viderunt omnes populi
 gloriam ejus.

Confundantur omnes, qui adorant
 sculptilia: * et qui gloriantur in si-
 mulacris suis.

Adorate eum omnes Angeli ejus:
 * audivit, et lætata est Sion.

Et exultaverunt filiae Judæ: *
 propter judicia tua Domine.

Quoniam tu Dominus Altissimus
 super omnem terram: * nimis exal-
 tatus es super omnes deos.

Qui diligitis Dominum, odite ma-
 lum: * custodit Dominus animas sancto-
 rum suorum: de manu peccato-
 ris liberabit eos.

Lux orta est justo, * et rectis
 corde lætitia.

Lætamini justi in Domino, * et
 confitemini memorie sanctificationis
 ejus. Gloria Patri...

Ant. Misericordia ejus à proge-

nie in progenies timentibus eum.

Ant. Suscepit Israel.

PSALMUS 97.

Cantate Domino canticum novum:
 * quia mirabilia fecit.

Salvavit sibi dextera ejus; * et
 brachium sanctum ejus.

Notum fecit Dominus salutare
 suum: * in conspectu Gentium re-
 velavit justitiam suam.

Recordatus est misericordia suæ,
 * et veritatis suæ domui Israel.

Viderunt omnes termini terræ *
 salutare Dei nostri.

Jubilate Deo omnis terra: * can-
 tate, et exultate, et psallite.

Psallite Domino in cithara, in ci-
 thara et voce psalmi; * in tubis
 ductilibus, et voce tubæ cornææ.

Jubilate in conspectu Regis Do-
 mini; * moveatur mare, et plenitu-
 do ejus; orbis terrarum, et qui ha-
 bitant in eo.

Flumina plaudent manu, simul
 montes exultabunt à conspectu Domi-
 ni: * quoniam venit judicare terram.

Judicabit orbem terrarum in justi-
 tia, * et populos in æquitate.

Gloria Patri, et Filio...

Ant. Suscepit Israel puerum
 suum, recordatus misericordia suæ.

¶. Ego dilecto meo:

¶. Et ad me conversio ejus.

LECTIO VII.

Lectio Sancti Evangelii secundum
 Lucam. Cap. 2. 48.

In illo tempore: dixit Mater Jesu

ad illum: Fili, quid fecisti nobis sic? Ecce Pater tuus et ego dolentes quærebamus te. Et reliqua.

De Homilia Venerabilis Bedæ
Presbyteri

In Homilia Hyem. de temp. Dom.
I. post Epiphaniam.

Mater ejus, inquit Evangelista, conservabat omnia verba hæc in Corde suo. Omnia quæ de Domino, vel à Domino dicta, sive acta cognoverat Mater Virgo, diligentius in Corde retinebat, solicite cuncta memoriae commendabat; ut cum demum tempus prædicandæ, sive scribendæ Incarnationis ejus adveniret, sufficienter universa, prout essent gesta, posset explicare quæreribus. Imitemur et nos, fratres mei, piam Domini Matrem, ipsi quoque ómnia verba et facta Domini ac Salvatoris nostri fixa in corde conservando.

Tu autem.

N. Aquæ multæ non potuerunt extinguere charitatem. * Neque flumina obruent eam. **Y**. Si dederit homo omnem substantiam domus suæ pro dilectione, quasi nihil despiciet eam. Neque...

LECTIO VIII.
Horum Domini verborum et actorum meditatione diurna et nocturna importunos inanum nocentiumque cogitationum repellamus incursum: horum crebra collatione et nos et proximos nostros à fabulis supervacuis, et male dulcoratis detractionum colloquii castigare, atque ad divinæ frequentiam laudis accendere curemus. * Si enim, fratres charissimi,

in futuri beatitudine seculi habitare in domo Domini, ac perpetuo illum laudare desideramus, oportet nimirum et in hoc seculo, quod in futuro quæramus, sollicite præmonstremus; frequentando videlicet Ecclesiæ limina; et non solum in ea laudes Domini canendo, sed et in omni loco dominationis ejus ea, quæ ad laudem gloriamque conditoris nostri proficiant, verbis pariter ac factis ostendendo. Tu autem...

E. Spiritus meus super mel dulcis et hæreditas mea super mel et fænum. Qui audit me non confundetur. * Et qui operantur in me non peccabunt. **Y**. Qui elucidant me, vitam aeternam habebunt. Et qui... Gloria Patri... Et qui...

Lectio IX, de Homilia Dominicæ occurrentis; sed si extra Dominicam agi de hoc Festo contingat, tunc Lectio IX. incipiet ab asterisco posito supra Lectione VIII.

Te Deum laudamus...

AD LAUDES, ET PER HORAS.

Ant. Trahem post te, curremus in odorem unguentorum tuorum.

Psalm. Dóminus regnavit, cum reliquis de Dominicâ.

Ant. Dilectus meus loquitur mihi: Surge, propera, amica mea.

Ant. Fulcite me floribus, stipate me malis; quia amore langueo.

Ant. Adjuro vos, filiæ Jerusalēm, ne suscitétis diléctam quoadusque ipsa velit.

Aña. Ego dormio, et cor meum vigilat.

P CAPITUL. *Cant. 8.*
Pone me ut signaculum super Cor

tuum, ut signaculum super brachium tuum, quia fortis est ut mors dilectio, dura sicut infernus æmulatio. Lampades ejus lampades ignis, atque flammarum.

Hymn. O gloriosa Virginum...
¶. Qui me invenerit inveniet vitam.

¶. Et hauriet salutem à Domino.

AD BENEDICTUS.

Aña. Extollens vocem quædam mulier de turba dixit illi: Beatus venter qui te portavit, et ubera quæsuxisti.

ORATIO.

Omnipotens semperne Deus, qui in corde Beatæ Mariæ Virginis dignum Spiritus Sancti habitaculum præparasti, concede propitius ut ejusdem Purissimi Cordis festivitatem devota mente recolentes, secundum Cor tuum vivere valeamus. Per Dominum... in unitate ejusdem...

AD PRIMAM.

in ¶. brevi dicitur.

¶. Qui natus es de Maria Virgine... Ad Absolutionem Capituli lectio brevis.

In omni terra... ut infra ad Nonam.

AD TERTIAM.

Ant. Dilectus meus...

Cap. Pone me ut signaculum...

¶. br. Anima mea * Liquefacta est. Anima... ¶. Ut locutus est dilectus. Liquefacta est. Gloria Patri... Anima mea... ¶. Fortis est ut mors dilectio. ¶. Dura sicut infernus æmulatio.

AD SEXTAM.

Ant. Fulcite...

ECCL. 24. CAPITUL. Ego ex ore Altissimi prodivi primogenita ante omnem creaturam, ego feci in cœlis, ut oriretur lumen inefficiens, et sicut nebula texi omnem terram.

¶. Fortis est. Ut mors dilectio. Fortis... ¶. Dura sicut infernus æmulatio. Ut mors... Gloria Patri... Fortis est. ¶. Ego dilecto meo. ¶. Et ad me conversio ejus.

AD NONAM.

Ant. Ego dormio...

IECCL. 24. CAPITUL. In omni terra steti, et in omni populo, et in omnibus requiem quæsivi, et in hæreditate Domini morabor.

¶. br. Ego * Dilecto meo. Ego. ¶. Et ad me conversio ejus. Dilecto meo. Gloria Patri. Ego dilecto meo... ¶. Qui me invenerit inveniet vitam. ¶. Et hauriet salutem à Domino.

IN SECUNDIS VESPERIS.

Omnia ut in primis.

¶. Viam mandatorum tuorum cucurri: ¶. Cum dilatasti Cor meum.

AD MAGNIFICAT.

Aña. Exultavit Cor meum in Deo salutari meo: quia fecit mihi magna qui potens est.

